



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>




This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.


110. a.
46.



600099345-







EPIPHANII
LIBRORUM ADVERSUS HAERESSES
PROOEMIUM.

CUM PRAEFATIONE

G. DINDORFII.

LIPSIAE,
T. O. WEIGEL.
MDCCCLIX.

110. a. 46



110. 5. 22

P R A E F A T I O.

Epiphaniū Panarium sive adversus haereses libros Graece primum edidit Ioannes Hervagius, typographus Basileensis, a. 1544, adiectis scriptis minoribus (*Ἀγκυρωτῶ, Ἀνακεφαλαιώ-
σει, Περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν*), opera usus Ioannis Oporini, qui, intercedente Philippo Melanchthone et Ioachimo Camerario, codicem horum librorum nactus erat ab Ioanne Langio, doctore Erfordiensis. Huius codicis volumen prius, quod Panarium usque ad p. 604 ed. Pet. continuit, quo post illa tempora pervenerit nescimus: alterum, quod Panarii partem reliquam et opera tria minora continet, hodie servatur in bibliotheca Academiae Ienensis, foliis constans bombycinis 168 formae maioris, quorum primo inscriptum est, haud dubie ipsius Langii manu, "*Ex bibliotheca Iohannis Langi Erphordani*". Codex nitide scriptus anno 1304, ut ex subscriptione Panarii fol. 120^b intelligitur, lectuque facillimus, quo Oporinus laudabili usus est diligentia, etsi, ut fit in opere longo, interdum ab codicis scriptura aberravit. Eodem libro ante Oporinum usus erat Ianus Cornarius, quum Epiphaniū opera in sermonem Latinum ab se conversa Basileae ederet a. 1543, correctis textus Graeci vitis non paucis: quae interpretatio aliquoties eodem seculo est repetita.

Proximus Oporino editor Dionysius Petavius fuit, qui Epiphaniae quae supra dicebam opera cum aliorum quorundam libellorum, partim Epiphaniae iniuria adscriptorum, appendice Parisiensi edidit a. 1622 duobus voluminibus, adiectis amplis Animadversionibus. Quae editio neque ipsa satis accurate est impressa et novis cum erroribus typhothetarum plurimis Lipsiae repetita a. 1682. Petavius quae vel ex recentibus quibusdam libris Parisiis ab se inspectis vel ex coniectura emendavit exigui sunt momenti. Aliquanto utiliora fuerunt quae ab Andrea Schotto acceperat Panarii codicis Vaticani excerpta, etsi hic quoque liber multo inferior est Veneto Marciano 125 Panarii partis prioris (usque ad p. 604 ed. Petav.), omnium qui adhuc innotuerunt Epiphaniae codicum et antiquissimo et praestantissimo: de quo nunc mihi est dicendum.

Codex igitur Marcianus scriptus est in membranis formae maioris, foliis 394 bipertitis, ab Ioanne presbytero, anno aerae nostrae 1057, ut ex subscriptione intelligitur, *ἔγγραφή χειρὸς Ἰωάννου πρεσβυτέρου ἐν ἔτει 595ξ' ἰνδ. ι'*, manu eleganti, quam ex specimine cognoscere licet quod Zanettus in Catalogo proposuit p. V, etsi non sine multis erroribus in accentibus ponendis aliisque rebus orthographicis, qui ab hoc librario non magis quam aliis quibusvis aevi scribis vitari poterant et haud dubie partim ex codice quem describendum acceperat propagati sunt. Verum haec levia sunt nihilque detrahunt auctoritati codicis, cuius unius ope innumera textus vulgati vitia emendari poterunt, quae inferiorum temporum codicibus, quolibet editores sunt usi, vel librariorum negligentia illata sunt vel interpolatorum temeritate, quae in hoc quoque scriptorum genere non minus licenter quam in scriptorum classicorum libris est grassata. Praestat autem liber Marcianus ceteris omnibus non solum vocabulis singulis saepe emendate scriptis vel sententiis integris rectius conformatis, sed etiam, quae praecipua eius laus est, servatis plurimis quae in aliis libris omnibus

exciderunt, praesertim ubi idem vocabulum bis intra breve intervallum lectum librariorum recentiorum oculos fefellit, veluti, ut primo ampliore huius generis exemplo utar, p. 21 D. ubi nunc haec leguntur, *τριχῶς γὰρ ἀριθμήσαντος τοῦ ἁγίου Ματθαίου τὰς γενεάς, ἀπὸ τοῦ Ἀβραάμ ἄχρι τοῦ Δαβὶδ φήσαντος γενεὰς δεκατέσσαρας, οἱ δύο ἀνώτεροι ἀριθμοὶ σαφεῖς εὐρίσκονται, μηδεμίαν ἔλλειψιν ἀριθμοῦ περιέχοντες. ἕως γὰρ τοῦ Ἰερονίου περιέχουσι τοὺς χρόνους. ὁ δὲ τρίτος ἀριθμὸς οὐκέτι δεκατεσσάρων γενεῶν εὐρίσκεται κατὰ διαδοχὴν ὀνομάτων τὸ πλήρωμα ἔχων*, quae defecta esse pridem intelligi potuisset collata p. 1081 C. Sententiam omni ex parte integram servavit codex Venetus, *τριχῶς γὰρ ἀριθμήσαντος τοῦ ἁγίου Ματθαίου τὰς γενεάς, ἀπὸ τοῦ Ἀβραάμ μέχρι τοῦ Δαβὶδ φήσαντος γενεάς δεκατέσσαρας, καὶ ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ ἕως τῆς αἰχμαλωσίας γενεάς δεκατέσσαρας, καὶ ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἕως τοῦ Χριστοῦ γενεάς δεκατέσσαρας, οἱ δύο ἀνώτεροι ἀριθμοὶ — et quae sequuntur usque ad ἔχων τὸ πλήρωμα* (nam hoc ordine verba collocata sunt). Manifestum est librarium recentiore a primo δεκατέσσαρας ad tertium aberrasse. Simili errore p. 391 A factum est ut nunc legatur, *τὰ μὲν πρῶτα, οἷα δὴ ἀπὸ Ἑλλήνων παιδείας ὑπάρχων, συνακμάζει (Τατιανὸς) Ἰουστίνῳ τῷ φιλοσόφῳ. Optime codex Venetus οἷα δὴ ἀπὸ Ἑλλήνων ὀρμώμενος καὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων παιδείας ὑπάρχων. Qui frequens verbi ὀρμᾶσθαι usus apud Epiphanium est. Quanquam Venetus codex ipse quoque non liber est huiusmodi peccatis, velut p. 3 D, ubi post προειρημένων omittit verba ἐρπετῶν μοχθηρίας, οὕτω καὶ ἡμῖν τὸ πόνημα διὰ τῆς τῶν προειρημένων, aut p. 38 D, ubi post ποιῆσαι librarius omisit οὐδὲ δένδρον σαπρὸν καρπὸς ἀγαθοῦς ποιῆσαι.*

Sed ut ampliore specimine cognoscatur codicem Marcianum ita praestare ceteris ut eius unius auctoritate res plerumque confici possit operamque perditurum esse si quis futilem diver-

sae scripturae farraginem ex inferiorum temporum codicibus congerere suscipiat, Prooemium Panarii, etsi minus quam aliae operis partes corruptum, explicatius quam in brevibus ad opus integrum annotationibus fieri poterit hoc loco pertractabo, memorato interdum etiam codice Vindobonensi (127 in Supplementis Kollarii), qui etsi ipse quoque ex inferiore illo codicum genere est et ab librario scriptus orthographiae valde imperito, tamen nonnulla certe bona, etsi minutis in rebus, vel sibi propria vel cum Veneto communia habet. Ceterum quum maior huius Prooemii pars ab Epiphano in Epitome operis, quam *Ἀνακεφαλαίωσιν* inscripsit, iisdem verbis sit repetita, nonnulla etiam in Ancorato legantur ante Panarium scripto, hos quoque libros comparavi, ex quibus multa pridem emendari et suppleri potuissent, quibus nunc partim codicis Veneti auctoritas accedit.

Nomina Haereticorum, in quibus exponendis hoc Prooemium prope totum versatur, partim iam ab scriptoribus Epiphano antiquioribus memorantur, partim posterioribus, et Graecis et Latinis, qui excerpta sua alii ex integro Epiphanii opere alii ex *Ἀνακεφαλαίωσει* compilarunt, non sine multa in nominibus plurimis, in quibus scribendis ne ipse quidem Epiphanius ubique sibi constitit, diversitate, quam librarii novis erroribus plurimis auxerunt: de quibus multa collecta sunt ab Cotelerio in annotationibus ad Ioannis Damasceni Excerpta in Monumentis Ecclesiae Graecae vol. I. p. 758 sqq. et ab aliis post Cotelerium. Qualia ego plerumque non tetigi nisi ubi aliquis eorum usus esset ad Epiphanii codicum scripturas corrigendas. Alii in nominibus et hominum et locorum scribendis errores plurimi, qui in Epiphanii operibus reperiuntur, etsi maxima ex parte ab librariis sint commisi, tamen interdum non liquet utrum librarii recentiores peccaverint an Epiphano ipsi fraudem fecerit corrupta antiquiorum librorum scriptura. In quo genere nihil vidi magis ridiculum quam Socratem *Elbagli* filium in Panario p.

1087 A. *Σωκράτης ὁ τοῦ Ἐλβάγλου, ἢ Σωφρονίσκου, καὶ Φαιναρέτης τῆς μαίας*, ubi Petavius “*barbara vox*” inquit, annotato in margine ex codice Parisino *ἐλμάγλου*, quod specie diversum, reapse idem est. Nam quod nunc legitur *Ἐλβάγλου*, errore legitur Oporini, qui quod in codice Ienensi satis clāre scriptum est *ἐλμάγλου* pro *ἐλβάγλου* accepit, literarum β et μ similitudine deceptus. Recte legerat Cornarius, qui *Elmagli* nomen posuit in interpretatione Latina p. 522. Manifestum est *ἐλμάγλου* ex *ἐρμογλύφου* esse detortum, de quo L. Dindorfius monuit in Thesauro vol. 2. p. 137. Nam Sophroniscum *ἐρμογλύφου*, vel ut alii dixerunt *λιθοξόου* sive *λιθοουργόν*, fuisse plurium scriptorum testimoniis constat. Ex quo tamen non sequitur Epiphanium scripsisse *ὁ τοῦ ἐρμογλύφου Σωφρονίσκου*, quum usitato potius ordine verborum scripturus fuisse videatur *ὁ Σωφρονίσκου τοῦ ἐρμογλύφου*, ut *Φαιναρέτης τῆς μαίας*, non *τῆς μαίας Φαιναρέτης* dixit.

Siglis librorum in annotationibus infra positis utar duabus, V, quae codicem Venetum, et B, quae editionem Basileensem significat, quae codicis instar est. Petavii editionis cum ea consensum omisi, annotavi dissensum, ubi Petavius scripturam vitiosam emendasset, quod in hoc Prooemio vix usquam fecit, licet non pauca vel ex *Ἀνακεφαλαιώσει* corrigere et supplere potuisset, si uti ea scivisset.

Pag. I.

1. *γραφεῖσα*] *συγγραφεῖσα* Vindob.
2. *τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας*] *τῆς* om. V, interpunctione post *διοκλητιανοῦ* posita, *βασιλείας* vero cum proximis verbis coniuncto: quod ipsum quoque dici poterat, sed minus probabile est. Annus 92 Diocletiani dicitur, usu genitivi ne ab veteribus quidem scriptoribus classicis alieno, annus 92 *post* Diocletianum, ut in Ancorato p. 64 A. *τὸ ἔτος τοῦτό ἐστιν*

ἐνενηκοστὸν Διοκλητιανοῦ, Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος ἰ',
 Γρατιανοῦ δὲ ἔτος ς'. et ibidem p. 123 B. ἐν τῷ ἐνενηκοστῷ
 ἔτει Διοκλητιανοῦ τοῦ τυράννου. quod addito ἀπό dixit scri-
 ptor Argumenti Ancorati p. 1 B. ἐπράχθη δὲ ταῦτα ἐν ἔτει ἐνε-
 νηκοστῷ μὲν ἀπὸ Διοκλητιανοῦ, Οὐάλεντος δὲ δεκάτῳ, Γρα-
 τιανοῦ δὲ ἕκτῳ. Ceterum Acacius et Paulus si accuratius loqui
 voluissent, annum nonagesimum primum nominare debuissent: de
 quo monuit Clintonus in Fastis Romanis vol. I. p. 487 "As the
 9th of Gratian commenced Aug. 24 A. D. 375 and the 92nd
 of Diocletian Sept. 17, we may read ἐνενηκοστῷ πρώτῳ".
 Satis prompte autem Epiphanius Acacii Paulique precibus ut
 haereticorum commenta exponeret et refutaret respondit. Nam
 proximo post hanc epistolam anno plus quam dimidiam ampli
 operis partem absolutam habuit, ut apparet ex Haer. 66 p. 638 A.
 ἕως τοῦ παρόντος, τουτέστιν Οὐάλεντος μὲν ἔτους ιγ', Γρα-
 τιανοῦ δὲ ἔτους θ', Οὐαλεντινιανοῦ δὲ νεωτέρου ἔτους α'.
 Quod non mirandum, quum magnam operis partem iam ante
 illorum epistolam perscriptam habuisse videatur, ut ex initio
 operis intelligitur p. 2 C. ubi Valentiniani et Valentis annum
 undecimum, Gratiani septimum agi scribit, et ex Ancorato, duo-
 bus annis ante scripto, colligi potest, in quo non pauca iisdem
 quibus in hoc opere verbis perscripta reperiuntur, quemadmo-
 dum longo tempore post nonnullis indidem sumtis usus est in
 libro περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν, scripto Arcadio et Rufino
 Coss. (qui anno 392 magistratum gesserunt), ut apparet ex
 p. 177 A.

4. Παλαιστινὸν] Scribebatur Παλαιστηνὸν, quod mutavi
 ex V. Sic Παλαιστηνῶν γῆ apud Epiphanium ipsum scriptum
 p. 704 A, licet in Ancorato p. 118 B legatur ἐπῆλθεν τῇ Παλαι-
 στίνων ὕστερον γῆ, et alibi non raro apud eum Παλαιστίνη re-
 periat, non Παλαιστηνή. Est enim haec perpetua apud scri-
 ptores plurimos codicum discrepantia, quae quam antiqua sit ex
 Arcadii excerptis ex Herodiani καθολικῆ προσφῶδία cognoscitur,
 qui Παλαιστηνή oxytonum inter nomina in ῆνῆ terminata me-
 morat p. 111, 20 et cum similibus Καμίασσηνή et Μελιτηνή com-
 ponit. Aliud quid placuit recentioribus quibusdam grammaticis,
 quos secutus Pseudo-Herodianus in Epimerismis p. 226. Πα-
 λαιστίνη per ῖ, adiectivum vero Παλαιστηνός per ῆ scriben-

dum esse praecepit, unde in Suidae glossa, etsi non scripta ab ipso, sed e Lexico aliquo *σχεδουγραφικῶ* illata, *Παλαιστηνός*: *Παλαιστίνος* δέ, recte Bernhardus correxit *Παλαιστίνη* δέ, nisi quod inverso potius ordine scribendum erat *Παλαιστίνη*, *Παλαιστηνός* δέ. De quo discrimine nihil compertum habuit Herodianus. Duae igitur nominis formae fuerunt, altera *Παλαιστηνή* cum gentilicio *Παλαιστηνός*, altera *Παλαιστίνη* et *Παλαιστίνος*, vitiosumque est oxytonum in *ίνος*, iam in libris Herodoti repertum (3, 5), *Σύρων τῶν Παλαιστινῶν καλευμένων*, quod aut *Παλαιστηνῶν* scribendum erat, aut *Παλαιστίνων*, ut *Παλαιστῖνοι* saepe apud Iosephum, etsi non constanter, in libris legitur: cuius in verbis ab Suida excerptis s. v. *Ἀποσημήνασθαι* codex Paris. optimus *Παλαιστινῶν* praebet pro *Παλαιστίνων*, quod est in ceteris. Nihilominus intactum reliqui codicis Veneti accentum *Παλαιστινόν*, quum inferiorum temporum scriptores eodem in errore versati esse possint quo Choeroboscus, qui in Epimerismis in Psalmos p. 165, 24 ab adiectivis oxytonis in *ήνος* exemta esse voluit quae per *ι* scribantur *Ἐδεσσινός*, *Ἀμασινός*, *Ἀδραμυτινός*, *Μελιτινός*, non animadvertens haec omnia librariorum veterum errore in *ίνος* esse terminata pro *ήνος*. Solo accentu peccatur in *Ταραντινός* apud Epiphanium p. 3 C, ubi codex Venetus *Ταραντίνος*, et passim apud alios scriptores.

6. *περιοικίδι*] Legebatur *περιοικία*, quo substantivo nemo usus est. Tanto frequentius *παροιμία* est, de quo multa collegit Suicerus in Thesouro Ecclesiastico. Hoc tamen loco *περιοικίδι* potius scribendum erat ex Argumento Ancorati p. 1 A. *Ἐπιφάνιος ἀπὸ Ἐλευθεροπόλεως μὲν ὠρμᾶτο τῆς ἐν Παλαιστίνῃ, ἔνθα καὶ πατὴρ γέγονε μοναστῶν, τὴν δὲ πρώτην ἄσκησιν εἰς Αἴγυπτον ἀναχωρήσας καὶ διατελέσας ἕως ἐπανόδου ἐν τῷ εἰκοστῷ ἔτει τῆς ἡλικίας αὐτοῦ εἰς τὴν Ἐλευθεροπολιτῶν περιοικίδα* etc. et Vita Epiphanii p. 318 A. *Ἐπιφάνιος γένος μὲν ἦν Φοινίκων τῆς περιοικίδος Ἐλευθεροπόλεως*, et Menologio mensis Maii (12): *οὗτος ὁ μέγας καὶ θαυμαστός Ἐπιφάνιος χώρας γέγονε Φοινίκης ἐκ περιοικίδος Ἐλευθεροπόλεως*. Ad quae accedunt ipsius Epiphanii exempla, p. 120 C *τὰ αὐτῶν μοναστήρια ἐν τῇ κατὰ τὴν Μαρίαν λίμνῃν ἱστορῶν περιοικίδι*. p. 326 B *περιοικίδος τῆς Σαλα-*

μινίων. Ceterum similiter *περιοικίδας* apud Strabonem 6. p. 258 in libris nonnullis in *περιοικίας* corruptum.

ἐπίσκοπον] Episcopus factus est Epiphanius A. C. 367 sedemque episcopalem per annos tenuit sex et triginta, ut testatur Palladius dial. de Chrysost. p. 60 A. Ἐπιφάνιον τὸν μακάριον τὸν Κωνσταντίας τῆς Κύπρου ἐπίσκοπον τριάκοντα ἕξ ἔτη ἄρξαντα τῆς ἐκκλησίας. Mortuus autem est anno 402 exeunte vel 403 ineunte: v. Clinton. Fast. Rom. vol. 1. p. 555.

7. νῶν V. νυνὶ B. Atticum iota *δεικτικὸν* etiam apud Epiphanium passim reperitur, etsi exemplis propter librorum dissensum partim incertis. Sic p. 12 B. vulgo *τουτὶ τὸ δόγμα* et infra p. 11, 31 *ταυτησί*, ubi codex Venetus *τοῦτο* et, quod etiam in Anac. est, *ταύτης*.

Κωνσταντίας V. Κωνσταντίας B. Quae perpetua est in huius aliarumque eiusdem nominis urbium scriptura codicum fluctuatio, sed ut *Κωνσταντία* frequentius sit quam *Κωνσταντεία*. Quamobrem *Κωνσταντίας* praetuli, commendatum etiam adiectivo gentilicio *Κωνσταντίας*, quo utitur Epiphanius vol. 2. p. 178 B. *Σαλαμῖνοι εἴτ' οὖν Κωνσταντίοι*, pro quo *Κωνσταντιαῖος* imperite formato usus est vol. 1. p. 447 A. *Σαλαμῖνίους τοὺς καὶ Κωνσταντιαίους*, nisi hoc vitiose scriptum est pro *Κωνσταντίους*. Diphthongum diserte agnoscit Stephanus Byz. *Κωνσταντεία* (ut *Κώστας*, *Κωσταντίος* et alia omisso *ν* dicta sunt) ἢ νῶν ἐν Κύπρῳ *Σαλαμῖς*. γίνεται δὲ ἀπὸ τῆς *Κώσταντος γενικῆς*, ὡς *Μαρώνεια* ἀπὸ τῆς *Μάρωνος*, καὶ *Καύκωνος Καυκώνεια*. — τὸ ἐθνικὸν *Κωνσταντιάτης* (*Κωνσταντειάτης* Meinekios). εὔρηται καὶ διὰ τοῦ ν. Sed in ore vulgi haud dubie *Κωνσταντία* praevaluit. Neque adiectivi *Κωνσταντιάτης* vel *Κωνσταντειάτης* exempla allata sunt: ut fictum ab Stephano videri possit, qui gentilicia plurima finxit solum analogiam secutus.

10. Χαλκίδος V. Καρχηδόνας B. quemadmodum *Χαλκηδών* vel *Καλχηδών* ab librariis in *Καρχηδών* corrumpi solent. Monasterium quoddam *Χαλκίδος* Syriae memorat Epiphanius vol. 1. p. 828 C. *ὀλίγα μοναστήρια, τάχα δὲ καὶ ἐν δυσὶ κώμαις ἐν τοῖς προειρημένοις μέρει κατα τὸ ἐξωτερῶ μέρος τῆς Χαλκίδος καὶ ἐπέκεινα Λαμασκοῦ*.

Βεροίας V. βερίας Vindob. Βερροίας B. Rectam nominis

scripturam esse *Βέρροια* ostendi in Thesaurο vol. 2. p. 226, etsi non dubium est quin inferiorum temporum scriptores etiam *Βέρροϊαν* dixerint.

15. ἡμῶν V. μου B.
24. ἄγγει] Sic ἀγχομένου dictum p. 2, 17.
25. ἔδει μὲν] Scribendum videtur ἔδει μὲν οὖν.
26. σοι δοθείσης V. δοθείσης σοι B.

Pag. 2.

1. ἐπειδὴ V. ἐπεὶ B.
2. τῆς παλαιπωρίας V. τῆς om. B.
5. στόματός σου V. σοῦ στόματος B.
10. ἡμῖν addidi ex V.
13. σωτήρ V. Χριστὸς B.
14. κηρύττειν scripsi pro κηρύσσειν, ut κηρύττει est supra p. 1, 23. Neque enim verisimile est κηρύσσειν et quod ex codicibus pro φυλάσσεσθαι recipiendum erat φυλάττεσθαι iuxta se posita fuisse.
- φυλάττεσθαι V et Vindob. φυλάσσεσθαι B.
18. τῆς om. Vindob.
31. τῶν ποθούντων V. τῶν σε ποθούντων B.

Pag. 3.

5. παρακαλοῦμεν] μὲν addit V.
10. * τὸν δοθέντα σοι θρόνον] Excidit verbum aliquod, velut σώζοις aut ἔχων.
12. Ἡ ἀντιγραφεῖσα] Intelligitur Ἐπιστολή, nisi, quod probabilius, pro ἡ scribendum Ἐπιστολή: quo restituto ἐπιστολή ἀντιγραφεῖσα idem est quod ἀντεπιστολή, quomodo inscribitur epistola Epiphaniī Ancorato praefixa vol. 2. p. 5, qua ad amicorum quorundam epistolas respondet.
20. ὑπόφασιν] Huius vocabuli exempla nulla sunt, nisi quod ὑποφάσις ὀφθαλμῶν Hippocrates eumque imitatus Arctaeus alio sensu dixerunt. Epiphanius etsi verbo ὑποφαίνειν saepe adiectivoque ὑποφαντινός vol. 2. p. 41 C. usus est, tamen ὑπόφασιν nusquam dixit, frequenter verò ὑπόθεσιν et πρόφασιν, quod huic quoque loco aptum foret.
22. χαρακτῆρι κεχρημένοι V. κεχρημένοι χαρακτῆρι B.

24. τὴν δύναμιν] Exspectes κατὰ δύναμιν, vel κατὰ τὴν δύναμιν, ut κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν p. 4, 24.

27. ὄντα] ὄντας V.

28. ἐφαρμοσάμενοι] ἐφαρμόσαι aptiore structura verborum in Anacephalaeosi p. 126 A.

ἀλεξήτῃρια — προκαταληπτικά] ἀλεξήτηριους — προκαταληπτικούς Anac.

Pag. 4.

1. Post ἐμπίπτειν in Anac. pergitur, πανάριον γάρ τι, ἤγουν κιβώτιον, ἰατρικὸν τῶν θηριοδότηων ἐρμηνεύσομεν, ὃ τι πέρ ἐστὶ τι βιβλίον διὰ τριῶν συγγραφῆν, ἔχον αἰρέσεις ὀγδοήκοντα. Nam quum Anacephalaeosis omisso epistolae initio ab ἐπειδὴ p. 3, 24 incipiat, hic nonnulla omitti debebant quae ad initium epistolae spectant.

3. καὶ θηριοδοθητικὸν om. V. Aptius in Anac. τῶν θηριοδοθήκτων. Adiectivum θηριοδοθητικός ex hoc uno loco cognitum.

4. αἰρέσεις] Fortasse συγγραφῆν ἔχον αἰρέσεις scribendum ex Anac. Nam omisso ἔχον exspectes ὃ περιέχει potius quam ὅπερ ἐστὶ.

εἰς θηρίων — αἰνίγματα] Recte, ut videtur, in Anac. εἰς θηρίων — αἰνίγματά εἰσι.

5 — 5,8. Cum his comparanda quae Epiphanius verbis similibus scripsit in Expositione fidei catholicae p. 1101 et 1102. αὕτη ἐστὶν ἡ πίστις, ἡ τῆς ἡμετέρας ζωῆς πραγματεία, τοῦτο τὸ ἔρεισμα τῆς ἀληθείας, αὕτη ἡ παρθένος Χριστοῦ καὶ περιστερὰ ἄκακος· αὕτη ἐστὶν ἡ ζωὴ καὶ ἡ ἐλπίς καὶ ἡ βεβαίωσις τῆς ἀφθαρσίας. ἀλλὰ παρακαλῶ πάντας ὑμᾶς τοὺς ἐντυγχάνοντας συγγνώμην τῇ ἐμῇ ταπεινότητι καὶ ἀσθενείᾳ τοῦ βραχυτάτου μου νοῦ, τοῦ ἀπὸ πολλοῦ τῶν αἰρέσεων τοῦ ἀποναρκήσαντος, καὶ ἀποσιχαίνοντος (sic corrigendum quod est in codice Ienensi ἀποσιγχνάνοντος, in ἀποσιγχνάνοντος mutatum in ed. Basil.; ἀποσιχχνάνοντος cod. Paris.), ὡς ἀποπτύοντος δίκην καὶ ναυτιῶντος, δι' ὧν ἦτοι ἀσστηρῶς πρὸς τινὰ φερόμενος ἠνέχθην διὰ ῥημάτων, ἢ καλέσας τινὰς ἀλιτηρίους, ἢ ἀγύρτας, ἢ πεπλανημένους, ἢ ἀπατεῶνας. διὰ γὰρ τὸν πολὺν πόνον τοῦ τοῦ, καίτοι γε

μη ἔχοντες ἔθος προχείρως ἐπισκόπτειν (corrigen-
dum ἐπι-κόπτειν: de quo dicetur ad p. 3, 29) τινὰς, ἀνάγκην ἐσχέκα-
μεν τοιοῦτοις αὐτοῖς διαθέσθαι τοῖς ῥήμασιν, ἵνα ἀποστρέ-
ψωμεν τὴν διάνοιαν τινῶν, μή πη νομίσωσιν ἡμᾶς διὰ τὸ
ἀφανδὸν (corrigere ἀναφανδὸν cum Petavio) μὴ δεδημοσιευ-
κέναι ἀποκαλύψαντας τὰ παρ' αὐτοῖς λεγόμενα, ἢ γινόμενα,
μέρος ἔχειν διανοίας συγκατατιθεμένης τῇ παρ' ἐκάστη τῶν
αἰρέσεων κακοδοξία. πεποτήμαι δὲ καὶ προοίμιον ἐν ὀλίγῳ
εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ συντάγματος, περὶ τούτων αὐτῶν προ-
ασφαλιζόμενος (sic corrigendum pro προσασφαλιζόμενος) καὶ
συγγνώμην αἰτῶν, ἵνα μή τις ἀδίαν (ἀδικίαν Petavio. Scri-
bendum ἀηδίαν) τινὰ εἰς ἡμᾶς ἐνσκήψη, ὡς ἠττωμένους νο-
μιζῶν καὶ ἐπὶ τὸ σκώπτειν ὀρμῶντας. ἐδείξαμεν δὲ ἐν τῷ
προομίῳ καὶ περὶ ποιῶν ἐμέλλομεν λέγειν αἰρέσεων, εἰς
πόσας τε βίβλους διειλόμεν τὴν πᾶσαν πραγματείαν, ἐν
ἐκάστῳ δὲ βιβλίῳ περὶ πόσων καὶ ποιῶν εἰρήκαμεν· ὡς
καὶ ἐνταῦθα πάλιν ἐπιμνημονεύσας ὁμοίως ὑποδείκνυμι, εἰς
ὠφέλειαν πανταχόθεν τῶν ἐντυγγανόντων.

9. κατὰ τὴν διαδοχὴν] τὴν superscriptum in Vindob.
κατὰ διαδοχὴν saepe sine articulo dixit Epiphanius.

10. αἰρέσεων addidi ex V et Anac.

11. ὑπομνήσει] ὑπομνήμασι Anac.

•Χριστοῦ] τοῦ Χριστοῦ Anac.

13. εἰς] ὡς Anac. p. 127 A.

τῶν τὸν] τῶν om. V.

19. τῇ περὶ ἀληθείας ἀπολογία] τῇ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας
ὁμολογία Anac. ὑπὲρ pro περὶ est etiam in Vindob.

21—5, 8. Haec non sunt excerpta in Anacephalaeosi.

23. ἀπολογεῖσθαι, εἴ τι V. ἀπολογεῖσθαι εἰς ὃ εἴ τι B,
illato librarii errore εἰς ὃ, quod delendum esse etiam Peta-
vius vidit.

24. ἰδίαν V. ἀγίαν B.

28. παρακλήθητε ἴν' εἴ που] Ineptum est ἴν', haud du-
bie ex literis *in* factum, de vocabulo quod excidit relictis. Nam
sensus tale quid postulat, καὶ ἔτι παρακλήθητε μὴ μηνίειν
ἡμῖν εἴ που εὔροίτε — vel μὴ μηνίειν εἴ που εὔροίτε ἡμᾶς
— . Nam pronomen post εὔροίτε aut addi debebat aut ex ἡμῖν
antecedente intelligi.

29. ἐπικόπτειν] Legebatur ἐπισκήπτειν, vitio manifesto. In V est ἐπισκόπτειν. Quo indicio restitui ἐπικόπτειν, *gravius reprehendere, s. retundere*. Quod verbum et substantivum ἐπικόπτης librarii ubique fere in ἐπισκώπτειν et ἐπισκώπτης depravarunt, de quo dictum in Thesauro vol. 3. p. 1647. ἐπισκόπτειν a manu prima habuit etiam Vindob., in quo nunc ἐπισκείπτειν, quod nihil aliud est quam ἐπισκήπτειν. Nam litterae η, ι et ει in hoc codice saepissime permutantur. ἐπισκόπτειν autem ut in ἐπισκήπτειν mutaretur additum verbum ἢ ἐπισκωμματίζειν in caussa fuit, quod impedire videbatur quominus ἐπισκώπτειν scriberetur. Neque ego credo Epiphanium scripsisse ἐπισκώπτειν ἢ ἐπισκωμματίζειν, quae multo magis mira tautologia foret quam ἀψασθαι ἦτοι θυγεῖν p. 26 B. In verbis supra appositis, quae leguntur p. 1102 A. καίτοι γε μὴ ἔχοντες ἔθος προχείρως ἐπισκόπτειν τινάς, servatum est ἐπισκόπτειν in codice Ienensi et editione Basileensi, ab Petavio demum tacite in ἐπισκώπτειν mutatum. Sed hic quoque ἐπικόπτειν scribendum erat, nisi hic uno verbo ἐπισκώπτειν usus est Epiphanius pro duobus ἐπικόπτειν ἢ ἐπισκωμματίζειν, quae supra posuerat.

ἐπισκωμματίζειν] ἐπισκομματίζειν V. Verbum ex solo cognitum Epiphanio, qui eo iterum utitur vol. 1. p. 591 B. et adverbio ἐπισκωμματικῶς duobus aliis locis. Usitatius ἐπιτωθάζειν, quod legitur apud Epiphanium vol. 1. p. 627 D.

διὰ τε τὸν] Legebatur διὰ δὲ τόν. Aut delendum δὲ aut, quod ego feci, in τε mutandum, quae saepe permutantur. διὰ τοι in locis similibus scriptum notabimus ad p. 11, 13.

31. Addidi ἢ ante εἴ που.

Pag. 5.

3. δείξωμεν V. δείξομεν B. Eodem errore lin. 7 in Vindob. est ἀποδείξομεν et ἐκκλήνομεν (sic) pro ἀποδείξομεν et ἐκκλίνωμεν.

9. ἔστι τὰ ἐν ex Anac. restitui pro ἔστιν ἐν.

13. δὲ αἱ πᾶσαι] αἱ om. V et Anac.

14. πρώτη —] Notae hae numerorum usque ad ἑξηκοστή p. 8, 1 et πρώτη — τρίτη p. 10, 28 — p. 11, 12 non leguntur in Anacephalaeosi, neque ab Epiphanio scriptae, sed

ex margine codicis antiqui illatae videntur, incommode interruptis plus uno in loco verbis Epiphani, velut p. 5, 19. 7, 29 et 32 (ubi καὶ οἱ — ita positum est ut numeros non fuisse praefixos pateat).

19. φύσασαι] Sic etiam in Anac. p. 127 B. et in Ancorato p. 18 B. recentioris linguae vitio pro φῦσαι dictum, ut vicissim φῦναι et φύς pro φῦσαι et φύσας interdum dictum est. Infinitivus φῦναι legitur p. 46 D. 551 C., nisi φυῆναι suo aliorumque scriptorum recentiorum more scripsit, ut ἐφύησαν ἀνεφύη ἐπιφύεισας φύν, non ἔφυσαν ἀνέφυσ ἐπιφύσας φύν, legitur p. 130 C. 493 B. 422 B. 423 C. 51 B. et Anac. p. 138 D., Ancor. p. 95 C. et alibi. Ἐφύησαν est etiam infra p. 10, 27, ἔφυσαν scriptum in Anaceph.

ἔκτη Petavius pro ἔξ.

Πυθαγόρειοι] πυθαγόριοι V et Vindob.

20. Ἀριστοτέλην] ἀριστοτέλη V, ut Ἐπιφάνη p. 232 A et alia pauca huiusmodi.

21. Ἐπικούρειοι] ἐπικούριοι V.

22. Legebatur αἵρεσις, οὐσα. Sed οὐσα αἵρεσις ἢ Anac. Utrique praestat αἵρεσις ἢ οὐσα —, quod restitui. Vid. ad p. 8, 19.

23. Γοροθηνοὶ] Scribebatur Γοροθηνοί. In Anaceph. est Γοργοθηνοί, quod corruptum ex Γοροθηνοί, ut Γοροθηνώων est in Ancor. p. 18 B., quam formam apud Epiphanium tot aliis in locis praebet V ut ubique restituenda sit, quum praesertim etiam aliorum scriptorum auctoritate confirmetur.

Σεβουαῖοι] σαιβουαῖοι V.

24. Ἐσσηνοὶ — Δοσίθεοι] Inverso ordine Δοσίθεοι — Ἐσσηνοί Anac. p. 127 C, sed recto p. 129 A. Vulgatus quatuor sectarum Samaritanarum ordo est infra p. 8, 20. 14, 10, in Ancorato p. 18 B. et apud Ioannem Damascenum p. 282. 283 ed. Coteler. In ipso vero Epiphani operi p. 28—30 ita pertractantur ut Ἐσσηνοὶ decima, Σεβουαῖοι undecima, Γοροθηνοὶ duodecima, Δοσίθεοι decima tertia secta sint.

Δοσίθεοι] δωσίθεοι Vindob. a correctore, quam formam apud Epiphanium alibi plerumque praebet V, nec raro aliorum scriptorum codices: ut incertum sit utrum utri praetulerit Epiphanius. Nam utraque forma recte habet, ut in aliis nominibus

multis ab *διδόναι* derivatis. Nec de nomine auctoris huius sectae inter se consentiunt scriptores, quem alii *Δοσίθεον* (sive *Δωσίθεον*) fuisse perhibuerunt, alii *Δόσθην*, de quo Photius in excerptis ex Eulogio Bibl. p. 285, 32. *Δόσθην δέ τινα τοῦνομα ἢ Δοσίθεον ἀνεκήρουττον, Σαμαρείτην μὲν καὶ αὐτὸν τὸ γένος — Δοσθηνοὶ καλούμενοι.* et ibid. lin. 22. Et sic *Δοσθηνοὶ* apud Ioannem Damasc. p. 283.

27. *Μωυσεῖ*] Scribatur *Μωυσῆ*. Duplex huius nominis declinatio est, saepe ab librariis permixta, *Μωυσῆς Μωυσῆ Μωυσῆ Μωυσῆν Μωυσῆ*, cuius exempla plurima sunt apud LXX in Exodo et alios scriptores quosvis, altera *Μωυσῆς Μωυσέως Μωυσεῖ Μωυσέα* (vel *Μωυσῆν*, quae perinde habentur, ut *Ἡρακλέα Ἡρακλῆν* et similia) *Μωυσῆ*. Genitivo *Μωυσέως* qui usi sunt, eosdem dativum *Μωυσεῖ*, saepe servatum in libris, formasse verisimilius est quam *Μωυσῆ*. Quamobrem apud Epiphanium, qui saepe *Μωυσέως* dixit, *Μωυσεῖ* potius scribendum quam *Μωυσῆ*. Codicum quam incerta in hac re auctoritas sit claris cognitum est indicium. Sic quis credat veterem Exodi interpretem 34, 35. *Μωυσέως* scribere maluisse quam *Μωυσῆ*, quod et aliis in locis omnibus legitur servavitque codex Alexandrinus, qui contrario illi errore *Μωυσεῖ* pro *Μωυσῆ* praebet 5, 27.? Contra in Novi Testamenti libris constans est genitivi *Μωυσέως* usus et accusativi *Μωυσῆν*, nisi quod in Evang. Lucae 16, 29 *Μωυσέα* scriptum est, variant vero libri in dativo *Μωυσεῖ* et *Μωυσῆ*, quorum prius alteri esse praeferendum genitivus ostendit *Μωυσέως*, cuius nominativum *Μωυσεύς* vel *Μωυσεύς* grammatici quidam finxerunt, ut Choeroboscus in Epimerismis in Psalmos p. 189, 17. et Etym. M. p. 507, 9, ubi etiam *Μωυσῆς Μωυσοῦ* et *Μωυσῆς* (corrigere *Μωυσῆς*) *Μωυσέος*, *ὡς εὐσεβῆς εὐσεβέος*. Ad literam *v* quod attinet, scriptores alii *Μωυσῆς*, alii *Μωυσῆς* praetulerunt, plerique tamen *Μωυσῆς*, quod satis constanter apud LXX legitur et in Novi quoque Testamenti codicibus melioribus servatum est. Qua forma nominis non dubitandum quin Epiphanius quoque constanter usus sit, licet in libris uno alteroque loco *Μωυσῆς* scriptum reperitur.

28. *διὰ Δαβιδ*] *διὰ δὲ δαβιδ* V.

τοῦ πρώτου βασιλεύσαντος scripsi ex p. 12, 24. Lege-

batur τοῦ καὶ βασιλεύσαντος. In Anac. τοῦ βασιλεύσαντος, omisso καί.

29. ἐκ τῆς τούτου φυλῆς — κληρωθεῖς] ἀπὸ τῆς τοῦ αὐτοῦ Ἰούδα φυλῆς τὸ τέλειον τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ ὄνομα κεκληρωμένος p. 12, 25.

30. αὐτοῦ] αὐτοῦ τε νῦν Anac.

32. ἐκκαιδεκάτη scripsi pro ἑξκαιδεκάτη hic et p. 6, 23, ubi Vindob. ἐκκαιδεκάτη, κ in ξ ab correctore mutato: etsi non multum refert, quum numeri hi non sint ab Epiphanio scripti, ut supra dicebam, neque librorum ulla in hoc genere auctoritas sit. Nam numeros in libris antiquioribus plerumque solis literis expressos, ut hoc loco ις', librarii recentiores saepissime quae ipsorum temporibus usitatae erant formis expresserunt.

Pag. 6.

1. Ἡμεροβαπτιστῶν] ἡμεροβαπτισταί V. Hanc sectam proximasque tres eodem ordine memorat p. 15, 17 sqq., sed in opere ipso ita tractat ut post Ἡμεροβαπτιστής (17), sequantur Νασαραῖοι (18), Ὄσσαῖοι (19), Ἡρωδιανοί (20).

Ὄσσαίων] Hi Ὄσσηροὶ dicuntur infra p. 15, 20 et secundum vulgatam scripturam in opere ipso p. 39—44, ubi rectam scripturam Ὄσσαίων constanter praebet V. Alio modo erratum ibidem p. 43 C. ubi Ὄσσηγῶν nomen illatum est pro Ἐσσηγῶν, quod restituendum ex V, cuius scripturam planissime confirmant quae de Ἐσσηγοῖς, quod decimae sectae nomen est, exposuit Epiphanius p. 28 D.: quo spectant verba ἄνω προειρημένη p. 43 B.

2. Νασαραίων] Νασαραίων in Anac.: simplici σ infra p. 15, 24 et in opere ipso p. 38 non solum in textu, sed etiam in lemmate capitis, ubi nunc Ναζαραίων, sed V recte Νασαραίων.

5. ἐπεφάνη — παρουσία] Haec verbis pluribus insertis dilatata in Anac. p. 127 D. De incarnatione Christi agit Epiphanius p. 47 B, quod caput sic nunc inscriptum legitur, ἐνδημία Χριστοῦ καὶ ἑνσαρκος παρουσία καὶ ἀλήθεια πρόσωπον ἢ μία καὶ μόνη οὐσα τοῦ θεοῦ πίστις. Quae codex Vindob. in duo lemmata ductibus calligraphicis distincta dispescit, alterum ἐνδημία -- ἀλήθεια, alterum + πρόσωπον

ἡ μία — πίστις: †. Incaute Petavius πρόσωπον, in codice Parisino omissum, deleri voluit, verae ignarus scripturae, quam servavit V, ἐνδημία Χριστοῦ καὶ ἐνσάρκον παρουσίας καὶ ἀληθείας πρόσωπον, ἡ μία etc.

9. καὶ ὀρθοδόξου om. Anac.

10. περιεκλάσθησαν] Idem verbo ἐκκλασθῆναι expressit p. 1076 D. Χριστιανισμὸς, ἀφ' οὗ ἐξεκλάσθησαν ὡσπερ κλάδοι αἱ ἀφωρισμένοι αἵρεσεις.

11. ἀλλ' οὐχὶ V et Anac. ἀλλὰ οὐχὶ B.

13. Βασιλειδιανοὶ] βασιλιδιανοὶ V et Anac.

14. οἱ αὐτοὶ] οἱ αὐτοὶ δὲ Anac. p. 128 A. recte.

Φιβιονῖται Anac. et usitato in huiusmodi nominibus accentus vitio φιβιονῖται V. Φιβιονῖται B.

15—17. Σεκουνδιανοὶ — Βαρβηλίται] Sic infra quoque p. 8, 27. Turbata haec in Anac. Κουδδιανοὶ καλούμενοι καὶ Βορβοριανοὶ, παρ' ἄλλοις δὲ Σωκραῖται, παρ' ἑτέροις δὲ Ζαχαῖοι.

18. Κηρινθιανοὶ] κορινθιανοὶ V.

20. Οὐαλεντινιανοὶ] Legebatur Οὐαλεντῖνοι, consentiente Anac. hic et infra p. 8, 31. Mutavi ex V. Inter utramque scripturam apud Epiphanium et alios scriptores variatur. Auctor sectae quum Οὐαλεντῖνος fuerit, sectatores eius non solum Οὐαλεντινιανοὶ dici poterant, sed etiam Οὐαλεντῖνοι, de quo genere dicitur ad lin. 26. Neque improbable est plerosque breviorē praetulisse formam. Οὐαλεντῖνου σχολήν vocant Hippolytus in Refutatione Haeresium et Irenaeus.

συνάπτονται infra p. 8, 32 et Anac., quod restitui pro συνάπτεται.

21. Ἐπιφάνης recto accentu hic V, ut alibi apud Epiphanium aliosque. Scribebatur Ἐπιφανής. In Ἐπιφάνιος corruptum ab oscitante librario in Ancorato p. 18 C. et Anac. p. 128 A. et apud alios, velut Ioannem Damasc. p. 288, ubi vid. Cotelerii annotatio p. 768.

Ἰσίδωρος] ἡσίδωρος V.

26. Μαρκίωνες] Sic iterum infra p. 9, 4 consentiente Anac.: sed in Ancorato p. 18 D. Μαρκιωνισταί, ut in opere ipso p. 302. Μαρκίωνες servata primitiva nominis forma dictum pro Μαρκιωνισταί, ut Δοσίθεοι et Δοσιθεανοὶ, Πτολεμαῖοι

et *Πτολεμαῖται* (*Πτολεμαιοῦται* Ancor. p. 18 C.) *Ναῦται* et *Ναυατιανοί*, *Οὐαλεντῖνοι* et *Οὐαλεντιανοί*, *Σαβέλλιοι* et *Σαβελλιανοί* dicti sunt, et alia plura, quae nihil caussae est cur ad unam quodque formam revocentur, quum manifestum sit neque Epiphanium neque alios scriptores in formis talium nominum sibi constitisse.

27. *Ἀπελληῖανοί* V et Anac. *Ἀπελληανοί* B.

κατὰ Φρύγας] Breviter dictum hic et p. 9, 10 et p. 396 B. pro ἡ τῶν κατὰ Φρύγας αἵρεσις, unde sequitur genitivus τῶν καὶ Μοντανιστῶν. Similiter p. 419 C. δύο αἵρέσεων, κατὰ Φρύγας καὶ Κυντιλλιανῶν, p. 422 B. τὴν κατὰ Φρύγας τε καὶ Κυντιλλιανούς. Οἱ κατὰ Φρύγας p. 402 C. 417 D. τοῖς κατὰ Φρύγας p. 413 D. 417 D. 418 B. 422 B.

κατὰ Φρύγας, τῶν] Scribebatur *κατὰ Φρυγαστῶν* hic et p. 9, 10, quod *καταφρυγαστῶν* coniunctim scriptum in Vindob. Correxī ex Anac. p. 128 B. In huius sectae nomine exarando librarii ubique fere titubarunt. *Cataphrygarum* nomen finxerunt scriptores Latini, quorum locos collegit Coteler. ad Ioann. Damasc. p. 772. *Φρύγας* simpliciter dixit Hippolytus in Refut. Haeres. locis multis, ut αἵρεσις τῶν Φρυγῶν καλούμενη apud Epiphani. p. 402 C. et ὡς Φρύγες p. 413 B. In lemmate capituli p. 402 B. est *κατὰ Φρυγαστῶν εἴτ' οὖν Μοντανιστῶν καλουμένων*, quod aut *κατὰ Φρυγῶν* aut *κατὰ τῶν κατὰ Φρύγας* dicendum erat.

30. οὗτοι — εἰς ἑαυτούς om. Anac.

Pag. 7.

6. *Θεοδοτιανοί*] *Θεοδοτειανοί* V.

9. *Ναῦται*] Sic etiam in Anac. p. 128 B, nisi quod falso accentu *Ναάται*. *Ναῦται* pro *Ναυατιανοί*, quo Epiphanius p. 504 D. alique utuntur, dictum: de quo genere exposui supra ad p. 6, 26. *Ναυαταῖοι* est in Ancor. p. 18 D. Nomen primitivum *Ναῦτος* male *Νάβατος*, *Ναβᾶτος* et *Ναβᾶτου* scriptum apud Epiphanium p. 398 A. 493 B. et alibi.

11. *Ἀποτακτικοί*] *Ἀποτάκται* Ancor. p. 18 D.

12. 13. *ᾠριγένειοι*] Infra p. 9, 21 *ᾠριγενιανοί*. In Ancor. *ᾠριγενιασταί*, ut in Panario p. 526 D.

13. οἱ τοῦ scripsi ex Ancor. p. 19 A. pro οἱ τοῦ καὶ,

quod est in V. Legebatur τοῦ καὶ, omisso οἱ. In Anac. p. 128 B. est οἱ καὶ τοῦ.

14. Παύλου] οἱ Παύλου Ancor.

15. Ἀκουανῖται] Ἀκωανῖται Anac. Ἀκοανῖται Ancor.

17. Μελετιανοὶ scripsi pro Μελητιανοί, quod Μελετιανοὶ scriptum in Vindob. Vid. ad p. 9, 25.

20. Μαρκελλιανοὶ] μαρκελληῖανοί V. Obversabantur librario Ἀπελληῖανοί.

22. οἱ καὶ — μαθηταί om. Anac.

24. Ἀεριανοὶ] Verba post hoc nomen vulgo ex lin. 22 repetita καὶ Ἐλευσίου μαθηταί om. V. nec leguntur in Anac. et Ancor.

25. Ἀνόμοιοι] Legebatur Ἄνομοι. Correctum ex V, Ancor. (qui ἀνόμιος) et Anac.

Ἐνόμιος] In Ἀνόμοιος corruptum in Anac., omissis verbis proximis μᾶλλον δὲ ὁ ἄνομος. Recte haec scripta in Ancor., nisi quod Ἀνόμιος pro Ἄνομος corrigendum videtur, de quo dicetur ad p. 10, 1.

27. τὴν Χριστοῦ V et Anac. Χριστοῦ τὴν B et Ancor.

28. Ἀπολλιναρῖται] Ἀπολιναρῖται Anac. Ἀπολινάριοι Ancor.

29. 32. καὶ οἱ —] Vid. quae ad p. 5, 14 dixi.

29. καὶ οἱ] οἱ καὶ Anac. et Ancor.

Θεοτόκον καὶ addidi ex V.

ἄειπάρθενον Vind., Anac. et Ancor. Scribebatur ἄειπαρθένον.

32. τῆς et Μαρίας om. Ancor.

Μαρίας] τῆς Θεοτόκον addit Anac.

33. Κολλυριδιανοὶ] κολλουριδιανοί V.

Pag. 8.

1. Μασσαλιανοὶ] Adde οἷς συνάπτονται Μαρτυριανοὶ ex Anac. et Ancor., quae non dubitandum quin hic librarii veteris culpa exciderint. Μαρτυριανοὶ cur vocati fuerint Epiphanius explicat p. 1068 D. Μασσαλιανοὶ autem ab aliis interdum Μεσσαλιανοὶ appellantur: de quo dixit Cotelerius p. 783 sqq.

3. βιβλίον V cum Anac. et Ancor. Legebatur βίβλον.

4. λον om. Anac.

6. *τοῦ τρίτου]* *τοῦ* om. V.
8. *πόσαι εἰσὶν αἱ ἐν αὐτῷ]* *πόσαι εἰσὶν ἐν ἑαυτῷ* Anac. p. 128 D.: unde Petavius coniecit *πόσαι εἰσὶν ἐν ἐκάστῳ*.
9. *χωρηθεῖσαι]* *χωρησθεῖσαι* Vindob. *χωρισθεῖσαι* Anac.
10. *δέ* om. Anac. et potest abesse, ut in proximis.
11. *Βαρβαρισμοῦ]* *Βαρβαρισμὸν* Anac. p. 129 A. pariterque quattuor nomina proxima casu accusativo.
15. *τόμῳ τοῦ πρώτου βιβλίου* correxi pro *βιβλίῳ πρώτου τόμου*. In Anac. est *βιβλίῳ πρώτῳ τόμῳ*. Quanquam etiam ἐν τοῦ οὖν πρώτου βιβλίου τῷ πρώτῳ τόμῳ scribere potuit, ut p. 9, 6 dixit *τοῦ πρώτου βιβλίου τῶν τριῶν τόμων*, similiterque p. 9, 27.
17. *Πυθαγόρειοι]* *πυθαγόριοι* V, et mox *ἐπικούριοι*.
18. *Στωϊκοὶ* V et Anac. *στοῖκοι* B.
19. Inter *Σαμαρειτικῆ* et *οὐσα* excidit in libris *αἵρεσις ἡ*, quod restitui ex Anac. p. 129 A. et legitur supra p. 5, 22, nisi quod ἡ ibi est omissum.
20. *Γοροθηνοὶ* scripsi pro *Γορθηνοὶ*, de quo dictum ad p. 5, 23. In *Γοραιοὶ* corruptum in Anac.
21. *Δωσίθεοι]* *δωσίθεοι* V.
25. *Βασιλειδιανοὶ]* *Βασιλιδιανοὶ* Anac.
27. *οἱ αὐτοὶ δὲ παρὰ τισι* V. Legebatur *οἱ αὐτοὶ, παρὰ δὲ τισι*, consentiente Anac.
28. *Σωκρατῖται* (codex *σωκρατεῖται*), *παρὰ δὲ ἑτέροις* addidi ex V et Anac. Conf. p. 6, 15.
29. *οἱ* om. Anac. Supra p. 6, 16 est *παρὰ δὲ τισι, Κοδδιανοὶ καλούμενοι, καὶ Βορβορῖται* etc. *καὶ Κοδδιανοὶ — Βαρβηλῖται* om. Anac.
30. *Καρποκρατῖται]* *καὶ καρποκρατῖται* V. *Καρποκρατῖται* supra p. 6, 18 et in Anac. p. 128 A. et Ancor. p. 18 C., sed *Καρποκρατιανοὶ* Anac. p. 129 B. et *Καρποκρατιανοὶ ἀπὸ Καρποκράτους* in Summario tomi secundi libri primi p. 51 A, apud Ioann. Damasc. p. 287 aliosque. Utraque forma probabilior quam quae in lemmate sectae 27 p. 102 B. reperitur *κατὰ Καρποκρασίων*, ubi auctor sectae *Καρποκράς* appellatur.
